

Cum subit illius tristissima noctis imago,  
quod mihi supremum tempus in urbe fuit,  
cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,  
labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.

406

iam prope lux **aderat**, qua me **discedere** Caesar

finibus **extremae Ausoniae.**

nec spatium nec mens **fuerat** satis **apta** **parando:**

torpuerant longa pectora nostra mora.

407

non mihi servorum, comitis non cura **legendi**,

non(cura) aptae profugo vestis opisve **fuit**.

non aliter **stupui**, quam qui Iovis ignibus **ictus**

**vivit** et **est** vitae nescius ipse suae.

ut tamen hanc animi nubem dolor ipse **removit**,

et tandem sensus **convaluere** mei,

**alloquor** extremum maestos **abiturus** (PFA, Nom Sg m) amicos,

qui modo de multis unus et alter **erat**. (qui modo de multis, unus et alter, **erant**.)

409 Teil 5

uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,

imbre per indignas usque cadente genas.

nata procul Libycis aberat diversa sub oris,

nec poterat fati certior esse mei.

410

quocumque **aspiceres**, luctus gemitusque **sonabant**,

formaque non taciti funeris **intus erat**.

femina virque meo, pueri quoque funere **maerent**,

inque domo lacrimas angulus omnis **habet**.